

Quare aspice, quo tempore commiscebitur, siue per corpus, siue per aspectum dominus profectionis cum gradu directionis, uel cum domino directionis, id est promisso. Et iudica, quod erit tali tempore, uel cum profectio mensurna ueniet ad ipsum gradum directionis, & maxime illa die, qua Luna coniunget testimonia significatorum per malum aspectum, scilicet separando se ab uno, & applicando alteri per trigonum uel oppositum.

Durationem accidentis à directione proueniens.

tem notam facere. Canon X,



Alia impressio facta in directione durat usq; quo signifikator ad aliū dirigitur. Veruntamen accidentia eius maxime apparent anno, quo contingit talis directio, & maxime directiones, quae contingunt ad hunc. Ille uero, quod ad ♂ citius terminantur & uidentur terminari, eo anno, quo directio uadit ad ♂. Quando uero ad hunc, tunc uidetur infortunium à hunc datum durare per multos annos, quemadmodum contingit quempiam infortuniori ac incacerari, & infirmari, & alia plura infortunia pati non solum eo anno, quo existat directio ad hunc, uerum etiam per decem annos aut duodecim patientur has tribulationes uicissim, modo uno anno infortunatur, modo alio incaceratur, modo alio patitur damnum in substantia, modo alio in filijs, & sic uidetur transire de uno infortuño in aliud, quo usq; permittetur talis directio. Et licet ♂ uideatur, ut dictum est eo anno, quo fit ad ipsum directio, terminare accidentia, non tamen fit, quin etiam ultius durent ipsius impressiones. Quemadmodum contingit, quod quispiam pluribus annis stabit in litibus, rixis & controuersijs. Et nota, quod eo anno, quo testimonia revolutionis magis erunt conuenientia significationi directionis, eodem anno magis uigebunt ipsius directionis accidentia. Et quemadmodum dictum est in maiis directionibus, ita similiter est considerandum in bonis. Nam contingit, quod quis prosperabit uario genere fœlicitatum, & durabit pluribus annis.

Item de tempore. Canon XI.



Considerandum primo, sub qua diuisione unumquodque Hylech reperiatur, & ipsius influentiam nota. Postquam autem percepisti, quis sit dominus radij, id est, ad quem planetam fuit facta directio. Postea considera signa profectionum omnium Hylegiorum, praesertim ascendentis, quia cæteris est potentior. Et cum uideris plura concordare adiuicem, siue in bonū siue in malū, Iudica eodem anno accidē futurū. Quod si uolueris scire quo tempore anni fieri, considera revolutionē. Et quando dominus profectionis uenerit ad terminum uel gradum directionis, id est, diuisionis uel profectionis, eo tempore uel ipsius diebus apparebit accidens. Si uero signifikator revolutionis fuerit per commixtionem in aliquo loco cœli, ut puta, quia in revolutione ponit se in locum quo fuit alter in radice, tunc apparebit accidens, cum per proprium motum in anno revolutionis iterum tales planetæ commiscentur, id est, cum profectio signifikatoris peruenit ad locum \square uel ♂ alterius, siue revolutionis, siue radicis, siue etiam loci in quo est motus uel transitus illius diei. Verbi gratia: Profectio Lunæ in 12 gradu ϖ , erat ad quintam, id est, ad locum Martis in 10. Ω . Quando igitur profectio Lunæ peruenit ad ♂ Martis, qui per motum suum iam erat in 22 Ξ , fuit vulneratio. Et si aliqua significatio fuerit alicui planetæ, & non fuerit per commixtionem, & in casu prænarato, tunc dic accidens appariturū, quando ille planeta erit fortior & potentior, i.e. orientalis, uel intrans dominum suum in anno revolutionis. Et nota quod etiā transitus planetarū multum operantur, cum ipsis transeunt per loca, quae significationem aliquam habent. Sed non, ut multi arbitrātur, transitus semper inducunt effectus suos, quia non inducunt effectus suos, nisi cum ipsis planetæ transeuntes habent aliquā significationē uel test